



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XVII. De responsione Dilecti quæ sit ratio recessus sui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Hæc pro tua consolatione perpaucis sint dicta. Reliqua verò de Dilecti mutatione promissa, qualiter nunc videlicet apparet, nuncque discurrit, sequenti narratione ab ore ejus suscipies & audies.

CAP. XVII. *De responsione dilecti, qua sit ratio recessus sui.*

Colloquuntur anima & Dilectus.

Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscat nimis. *Psal. 138.*

A. Quid est Dilecte mi, quia sic fecisti mihi, ut quid me dereliquisti? responde mihi. Reliquisti me, & abiisti. Sed & denuo repedasti. Et in hoc bene fecisti. Si non cito venisses, pæne defecissem.

Sed misertus es mei conscius secretorum meorum. Etenim tristis eram ex recessu tuo, & nunc pro tua reversione consolata sū.

Dic tamen aliquid ad doctrinam meam, quid boni in hoc præ-

Anima
reditu
Dilecti

recreata,
causas a-
bitus in-
quirit.
Luc. 24.

488 SOLILOQUIUM

præstendisti? Quid te iuvat sic discurrere, & me affligere? Ante audire delectat: *Mane nobiscum Domine, quoniã ad vesperas cit?*

Veni, & sede in medio nostrum; quia ecce ego, & alius quidam discipulus, te audire cupimus, & obsecramus, ut doceas nos.

Dic fidenter, quod placuerit; ad me si vis, verba tua converte. Nullum libentius quàm te audio loquentem. Et si quis alius loquitur, propter te, qui in eo loqueris, sermo ejus mihi gratus & audibilis efficitur.

Erunt igitur eloquia tua dulciora mihi super mel & favum, vincunt enim omnem suavitatem verborum. Sonet jam vox tua in auribus meis.

Isaia 63.

2. Intonuit ergo vox Dilecti mei, & dixit: D. Ego qui loquor justitiam. Quis similis mei in consilio & prudentia? Quis fecit mare & aridam? Ego Dominus, formans lucem, & creans tenebras.

Isaia 45.

Quis intravit abyssum, & de profundo eduxit aquas? Ego do-
mi-

minus, scrutans corda & renes. *Psal. 138.*
 Quis cognovit omnia novissima
 & antiqua.

Ego Dominus, qui feci omnia in numero & pondere, & mensura. Ego Creator cœli & terræ, rector omnium sæculorum. *Sap. 11.*

Ego cognitor secretorum, & occultorum revelator. Ego universa complector, & singulorum causas intueor. Ego Deus, & non mutator, apud quem omnium mutabilium stant immutabiliter rationes.

Varia Dei attributa, animæ amanti sæpius expendenda.

Ego Deus omnipotens; cujus potestas insuperabilis. Ego altissimus, cujus altitudo inattingibilis. Ego bonitas, cujus entitas incapabilis.

Ego præsentissimus & secretissimus. Ego intimus, & à sensibus remotissimus.

Ego omnia sine onere porto, cuncta sine dissensione rego. Ego præterita simul & futura, æque intueor ut præsentia.

Ego omnem corporalem pariter & spiritualem excedo creaturam. Ego variis modis nominabi-

bi-

490 SOLILOQUIUM
bilis, nulla tamen cogitatione
vere conformabilis.

Ego subito compareo, & mox
dum nascitur, lateo. Vere ego
Deus absconditus, qui mille mo-
dis dispenso vices meas cum a-
mantibus.

3. Et dixi etiam hæc ad aman-
tem animam: Abscondam fa-
ciem meam ab ea modicum: ad
momentum eam relinquam, ut
videam si caste diligit.

Anima
quando
caste di-
ligat:

Multum est caste diligere,
quia hoc est, non propter seipsam
me diligere; non propter ali-
quod temporale commodum, vel
spirituale solatium: sed me so-
lummodo propter me; & sese fi-
naliter propter me; & ob aliud
nihil sperandum à me.

Non nisi
Perfecto-
rum est
sic dili-
gere.

Non est omnium sic me ama-
re: sed est solus perfectissimæ a-
nimæ, hæc prærogativa casti
amoris.

Quæ autem adhuc imperfecta
est, necesse habet frequenter pro-
bari & excitari; ut sciat quan-
tum diligit, & si usque ad con-
temptum sui.

Dixisti enim in corde tuo;
Pro-

Profecto diligo; & idipsum frequenter repetis, quia diligo. Sed non tantum verbis vel cogitationibus credo; etenim te in veritate probabo.

4. Cum præsens sum & blandior; cum devotionem tribuo, aut datam augeo, cum tantum prospera, aut pro maiore parte jucunda præfero, tunc devote dicis: dilecte mi, diligo te. Et bene dicis, Sum enim amabilis valde; & omnia, quæ de me dici aut cogitari possunt, amabilia sunt & dulcia, atque laudabilia in secula.

Blandiē:
tem dili-
gere non
est diffi-
cile.

Sed & in benefactis solum me amare & laudare, quid grande? Nam & peccatores hoc faciunt. Equidem me sæpè benedicunt, cum acceperint, quod male cupiunt. Sed non est speciosa laus in ore peccatoris.

Eccl. 150

Qui ergo propter beneficium aut consolationem me diligit, quid amplius avaro facit? Proficias, proficias, & ad perfectiora ascende.

Pigeat semper, debilem & mollem esse; disce solidum edere

Ii

ci-

492 SOLILOQUIUM
cibum, non lacte parvulorum
diutius vesci.

Transi ad numerum fortium
David, tenentium hastam, & gla-
dium, & clypeum. Tolle crucem,
& sequere me. Festina inter illos
computari, qui diversa gravami-
na, & multa exilii genera, pro me
sciunt portare.

Nimis inclinaris ad consola-
tionem. Probare ergo te volo, &
inclinare ad latus aliud; ut ex-
periaris, quid pati possis, ne tibi
innocens & sancta videaris.

Psal. 77. Mittam super te tribulatio-
nem, & iram, & indignationem,
irmissiōemque per angelos
malos.

En quibus
modis
animas
prias pro-
bare so-
leat Deus.

Alii quæ tua sunt, tollent; a-
lii, quibus indiges, negabunt: A-
lii tibi detrahent; alii in facie re-
sistent. Alii grave jugum impo-
nent; alii ducent, quo tu non vis.
Alii exterius, & alii interius te
affligent. Alii assumuntur ad sta-
tum & honores, tu relinqueris ad
contumelias & labores.

In omnibus his & majoribus
probaberis, ut athleta fortis.
Recedam nec dimittam, quin di-
li.

ligenter te examinem, si in facie mihi benedixeris.

Quod si in toto corde me dilexeris, & in omni tempore nomen meum benedixeris; dignum est ut a modo sponsa voceris, & secretum apud me cubiculum obtineas.

Quod si necdum virgam meam portare sufficis, sed hanc disciplinam minus amabilem censueris, lugens multis diebus absentiam meam, quam affectanter & sedulo petis, mittam tibi baculum meum, ut surgas: & post hæc veniam, & suscitaberis ad pristinam gratiam.

Nolo enim, ut omnino deficias, quia ego amantem me diligo. Et si nondum perfecte diligis, non tamen parvulam contemno: sed curabo ut crescas. Cura est mihi de te, ut bene habeas; nolo ergo, ut de me hæreas.

5. Scio quidem, quantum pati valeas, & ideo tempero vices meas; ne supra id, quam possis sustinere, tenteris & deficias.

Quod si moram fecero, expe-

Sed minime deserere.

* Alias vices.

Et a me usque in diem visitationis. Veniens veniam, & promissioni meæ satisfaciam. Tu autem orationi incumbere, sacræ lectioni intende, & in omnibus patientiam & longanimitatem tene.

Nec enim ignoro, quia interrim in mœrore existis: sed tam subito infirmari, & ab omni spe deficere, quali non essem rediturus, non placet utique mihi. Ubi est fides tua?

*Animæ
desolatæ
viva fide
& spe o-
pus.*

Magna fide opus est tibi in hac parte maxime; quia & si me non vides, videris tamen à me, cui te & omnia tua credere deberes.

Licet namque iudicia mea ignores, dicit tamen firma fides: Bonum est, quicquid disponit & operatur Deus.

Consolor igitur te, quia infirmitas hæc non erit ad mortem, sed pro gloria Dei. Abstuli à te desiderium tuum, & volui tentare fidem & dilectionem tuam.

Feci enim hæc omnia, ut tuam infirmitatem apertius scires, & meam bonitatem magis intelligeres.

Non

Non te bene nosti, sicut & ego novi. Ego te & omnia tua novi, non modo ex tempore, sed ab æterno.

Agnosce ergo, quid ex me tibi veniat; vide quàm pauper ex tuo sis, si quando à me relinqueris. Nondum in vera tui cognitione plene profecisti. Et quia expedit plurimum hoc te scire, volui ut experimento disceres.

Deseritur ad tempus, ut se nosse discat;

Bonum est tibi, quod aliquando desolaris, quod tribularis; quod humiliaris; ut sic propriam manifestius palpes infirmitatē.

Ego novi hanc magis venire ad profectum tuum. Si ex hac prudentior & sollicitior fueris ad singula; quid perdidisti? Arrogans es plerumque, & inscia tui: putans te habere bonum, quod non habes.

6. Deciperis amore proprio; & dum non cogitas datorem, abuteris dato. Ego inebriavi te, sed oblita es, quia de vite mea bonus erat.

Et quid ex seipso; quid ex Deo proficit, agnoscat.

Experire modo te ipsum, agnosce quid virium habeas. Si ex te est, quod habuisti, cur non te-

nuiſti? Si nec illud tenere potuiſti, cognoſce, quia de ſuper accep-
 iſti.

Da ergo honorem gratiæ; & confitere, quia ſine me nihil potes facere. Conſidera, quàm neceſſarius ſum tibi, quàm ſufficiens & ſolus potens, in omni bono te confirmare.

Ubi eras, priuſquam te vocarem, niſi in peccatis tuis? Et nunc ubi es, niſi quo perduxi te? Sed & quando tibi bene erat ſine me?

7. *A.* Et dixi: Nunquam dulciſſimæ Domine. Tu ſolus unicuſque & ſingularis Dilectus me⁹, in omnibus & præ omni fideliffim⁹.

D. Quare igitur cogitaſti apud te non recte, ut ires poſt amatores alienos? Quid tibi diſplicuit in me? Nunquid gloria mea, aut pulchritudo mea?

A. Verè Domine non eſt ſimilis tibi in pulchritudine & in gloria, in divitiis & potentia, neque talis in cœlo neque in terra.

Pſal. 88. Tu es enim ſolus altiffimus ſuper omnem creaturam: *Tui ſunt cœli, & tua eſt terra: orbem ter-*

Indignum
 deſerto
 Creatore
 adhærere
 creatu-
 ræ.

re & plenitudinem ejus tu fundasti.

Multum est, quod creaturis donasti. Ex quibus magna pulchritudo, sapientia, & bonitas tua relucet; sed nihil in comparatione beatæ & gloriosæ præsentiae tuæ. Experientia nunc didici, quia amarum mihi est, vel ad horam te reliquisse.

8. D. Ad me ergo revértere, dicit Dilectus tuus. Satis est, quod hucusque circum curstasti. Disce stabilis esse & mitis, sperans & fidens in me, non tantum in die visitationis, sed abundantius in nocte tentationis.

Ego dimisi te, ut fatigata citius ad me redires; & frustrata exteriori solatio demum intelligeres, quid tibi contulit dilectio mea, quæ toties invitavit te.

Adverte itaque nunc, (quia ratione non caret) quod nonnunquam relinqueris; quod sine affectu manes, quod tædio afficeris, quod tentationibus fatigaris, quod hinc & inde affligeris, quod consilium non invenis, nec auxilium sentis, sed angustiam
stiam

itiam undique & egestatem patieris.

*Animæ
desolatio
non vacat
ratione;*

Ideo relinquo te, ut cognoscas meam præsentiam tibi fore necessariam, non modo in una re, aut in maxima tantum causa; sed in omni profecto actione, in omni loco & tempore, tam mane quam sero, & ubicumque fueris, ieris, vel steteris.

Sic quidem instrueris solícite ambulare cum Dilecto tuo, & à variis abstinere, offensasque cavere.

*Amor &
fortitudo
ejus hoc
modo patet.*

9. Relinquo te, ut scias quantum diligas me; hoc est, appareat tibi modus dilectionis tuæ. Fortiorem te & beatiorē putabas, quam eras; sed evidentius patuit, auxilio meo tibi paululum subtracto, quia egens fuisti & misera.

Quomodo cognoscetur dilectio tua, nisi cum manfuite portaveris gravamina?

*Dilectus
enim abscondit
se, ut a
vidius
queratur;*

Interdum te video tepefcentem, sed ut susciteris ad fervorem & quærendi diligentiam, abscondo me ad horam, tanquam dilectus stans post parietem.

Vi.

Vic
tercitate
rem de
iam si
renon
pare c
An
acquil
studio
quies.
cundu
fit am
thesa
quàm
gemin
missa
Ut
quia
sed p
cum
prop
dire
D
mer
seris
clau
serio

Video & scio omnia; sed exercitatio ad multa utilis, majorem dat sæpè intelligentiam. Etiam si me diligis, utique quære non tardabis. Si placeo, indagare curabis.

An ignoras, quia laboriose acquisitæ divitiæ, tenentur magis studiose? Cui æque optata requies, sicut fatigato? Cui tam jucundus amor, nisi in quo præcessit amati dolor? Et reinventus thesaurus, nonne bis charior est quàm prius? Duplex gaudium & geminata redit lætitia, de intermissa dilecti præsentia.

Utiliter igitur me subtrahō, quia non dedignando hoc ago, sed pia quadam dispensatione sic cum amantibus ludo. Sufficiat pro præsentia, quia tantillum audire meruisti.

Do autem licentiam toties ad merevertendi, quoties tibi senseris opus esse. Ego nunquam clausi viscera mea humiliter & seriole deprecanti.

Et dul-
cius in-
veniatur.